

www.e-rara.ch

Johannis Prideaux Opera theologica quae latinè extant omnia

Prideaux, John

Tiguri, 1672

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13503>

Lectio VII. De salutis certitudine.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

LECTIO VII.

De

SALUTIS CERTITUDINE.

In Vesperijs Comitiorum habita Oxon.

Julij 6. Anno Domini 1622.

Rom. IX. 11. 12.

II---*Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante.*

12---*Dictum est ei, Quia maior serviet minori.*

Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo, Psal. 107. Littus hujus maris huc usque legimus (Viri, Patres & Fratres in Christo dilectissimi) ad ductum illius cynosuræ, quâ in aquis multis & turbatis dirigitur operatio. Vidimus (ut meminisse potestis) ex hoc textu, propositi Divini, quod secundùm electionem, constantem velificationem, cùm in decernendo inscrutabiliter, tum in disponendo suaviter, & opportunè tandem exequendo, ut firmitas ejusdem inconcussa maneret, juxta illud; *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Novit Dominus qui sunt ejus*, 2. Tim. 2. 19. Firmitas autem ista duplex est, prima objecti, sive quoad rem, quæ indissolubili nexu causarum & effectuum, mediorum & finis nititur: Altera subjecti, sive quoad nos, quâ scimus, cum Apostolo, *cui credidimus, quàm certò potest depositum in sinem conservare*, 2. Tim. 1. 12. Παροχθήκη, sive depositum hoc, (juxta Dordracenses nostros) est salutis pignus, de quo cùm gloriatur Apostolus se non posse confundi, quia novit cui crediderit, & certus sit eum potentem esse beneficii collati conservatorem: quid aliud nobis indicat, quàm assensus fiducialis actum non directum tantùm esse in rem promissam, sed reflexum, etiam in credentis apprehensionem? Vnde non solùm hypotheticè, aut generatim balbutiemus, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, servabitur*, Marc. 16. sed speciatim cordibus nostris occinamus; *Nos accepimus spiritum qui est ex Deo*, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. 1. Cor. 2. 12. De Perseverantia Sanctorum, sive objecti certitudine, superioribus Vesperijs disserui. Certitudo igitur salutis sive subjecti, subjectum succedit hodiernæ (quæ præ manibus est) *datæ*. Vidimus in superioribus opera Dei, & mirabilia ejus in profundo; Profundum hoc qui huc usque tentârunt humana solummodo freti pixide & bolide, ascenderunt (ut addit Psalmista) usque ad cœlum, & descenderunt usque ad voragines, turbati sunt, & nutârunt sicut ebrius, & omnis eorum sapientia devorata est. Nos verò clamantes ad Jehovam in angustia de necessitati-

bus

bus nostris, identidem enatavimus, procella convertitur in auram, silent fluctus, apparet *מחן* portus voluntatis, in quo tuto jam tandem figamus anchoram. Ista autem est *Salutis certitudo*, de qua faxit Deus, ut solida potius & salutaria, quàm diferta & subtilia vobis hodie proponam.

2. Quanti autem momenti sit hæc doctrina, pro Pontificiis suis testetur Martinus Eifengrenius in vestibulo libri Apologetici de Certitudine gratiæ. Ex hoc unico (inquit) articulo, quantumvis minutus à plerisque reputari queat, universus Papatu & Lutheranismus dependet: Reformatorum verò sententiam ad cap. 41. Genes. sic exprimit Martinus Lutherus: *Etiamsi nihil præterea peccatum fuisset in doctrina Pontificia, quàm quòd docuerunt nos debere vagari, & fluctuare, ambigentes & dubios de remissione peccatorum, gratia, & salute nostra: iustas tamen habemus causas cur ab Ecclesia infideli nos sejungeremus.* Vnde æstimet quispiam quàm periculosè hîc erratur, & quanti interest aliquid comprehensi & fixi, in hoc articulo præ cæteris habere. Atque ut in transcurso tantùm indigitem, quid Veteres & Recentiores hac de re statuerunt: Patriarcharum ante Servatoris incarnationem, hac ex parte persuasionem, ad vivum delineat Apostolus ad Hebr. 11. ubi singuli penè versus hunc insignem fidei fructum ingerunt: quem cap. 8. ad Rom. & passim aliàs, ex electionis & fidei doctrina attentè deducit. Nec Patres unquam refixerunt hos à Majoribus suis præscriptos Limites. Nam licèt ad tumorem carnis reprimendum, qui laxis fertur habenis in præcipitia, frequentes sunt in humili quadam sollicitudine inculcanda; vel ut præsumptionem aut torporem excuterent, exaggerant tentationes, & lapsus, quibus firmisissimus quisque in hujus vitæ curriculo concutitur aliquoties, & succumbit: Inter tot tamen discrimina, ostendunt fiduciam eluctari, & in hunc certitudinis portum tandem se recipere. Siquidem iusti viri securitas rectè Leoni comparatur, (indicante lib. 31. Moral. & cap. 23. Gregorio) quia contra se dum quoslibet insurgere conspicit, ad mentis suæ confidentiam redit, & scit quòd cunctos adversantes superet, quia illum solùm diligit, quem invitus nullo modo amittat. Quòd si aliàs (ut fit alibi) videantur hanc certitudinem expressiùs labefactare: vel certitudinem intelligunt experientiæ, quæ rei eventum non expectat, sed insequitur; vel certitudinem de aliorum gratia & salute, de quibus bene quidem sperare tenemur ex charitate, ex fide pronunciare non possumus: vel certitudinem non probant extraordinariam, ex suspectis revelationibus, vel scientificam, (sed alienam) ex innatis principiis: verùm certitudinem fidei, promissionibus Sacræ Scripturæ, & conscientiæ synceritate innixam, tantùm abest ut averfentur, ut tanquam præcipuam animæ antidotum, consternatis & fractis propinent. Fluctuant hîc magis Scholastici, ad 1. Sent. dist. 17. & 1. 2. Aquin. q. 112. quos tamen Catharinus & Eifengrenius facillè ad partes orthodoxas inflectunt. Negat sanè Aquinas, quæst. citat art. 3. hominem scire utrùm gratiâ sit instructus, necne: fatetur tamen ibidem ad 2. de *ratione fidei esse ut homo sit certus de his quorum habet fidem.* Vnde in illum articulum Cajetanus: *Certitudine fidei quilibet scit certò se habere donum infusum fidei, idque absque formidine alterius partis.* Idem (licèt paulò obscuriùs) ingerit Scotus, ad 3. sent. d. 23. q. unicâ; faventibus Medina, Bannes, Soto, Vasquez, ut in scholio ad istum locum annotat recentissimus Scoti instaurator, Hugo Cavellus. Hisce prætulere facem Altisiodorensis, Halensis, Baconius, & alii, unde (*ἐπὶ τὸ ἀληθές*) de Scholasticis concludamus, illos quidem negare salutis certitudinem ex principiis innatis, non ex revelatis in scriptura

Summa. 1. 3.
Par. 3. q. 7.
art. 2.
In 3. sent.
d. 30. art. 2.
Bonaven. 1.

sent. q. 17.
Biel. in 2.
sent. d. 27.
q. 3.

colligi, utcunque suo more sic commiscant omnia, ut frequenter sibi ipsis vix constare videantur.

3. Hactenus de vetustioribus. Ad *Recentiorum* classem illos refero, qui superioris seculi Reformationem attigerunt, vel sunt insequuti. Hic autem abiere in diversa cum à veritate, tum inter se, primò *Pontificii*, deinde Remonstrantes, Pontificiorum rixas, & tergiversationes, sub dio nuper constituit Concilii Tridentini historia. Catharinus oppugnat Sotum, Vega utrumque; Marinatus Carmelita ab his & illis seorsim sapit. Unde sensum Concilii versatilem Sess. 6. cap. 9. & Can. 13. unusquisque ad suam vertiginem flecit & reflecit. Ex eisdem præmissis quibus hanc certitudinem Catharinus statuminat, eandem Soto exhibilat. Centauros dices & Lapithas, convenisse potius ad Symposium, quàm Theologos ad lites Ecclesiæ sopiendas. Vbi ut primipili, sic affecta, eandem contentionis ferram recipiunt. Fides ex parte objecti (inquit Stapletonus de Justif. l. 9.) facit hominem certum se esse in gratia, quando habetur per motum Spiritus Sancti, ut probat Bucerus. Certumne facit hominem, & non subjectum? movet Spiritus S. & tamen non promovet? Sanderus inter ancipites & vacillantes hac de re desultus, fiduciæ certitudinem largitur, quam fidei detrahit, ac si fides fiduciæ non esset fundamentum, sed confidendum prius, quàm fidendum. Episcopius sive Bishoppus noster (qui Perkinsii Catholicum reformatum deformare est aggressus) certitudinem spei concedit, quæ non confundit, Rom. 5. 5. Textum autem si consulisset, radicem hujus spei in fide, & genealogiam inde deductam manifestò observasset. Nam *quicquid fides credendo acquirit, hoc spes sustinendo præsumit*; ut habet Chrysostomus. *Dicit fides, parata sunt mihi magna; dicit spes, mihi ista servantur; dicit charitas, ego curro ad illa.* Bernard. serm. 50. Ut ergo spes fidem; ita certitudo hujus illius præsupponit certitudinem, ut rectè in Perkinsii Apologia colligit clarissimus Abbottus. Vbi & Vottonus etiam annotat, quomodo fidei & spei certitudo, Apostolico sensu idem valent, quibus adhuc (quod sciam) ab Adversariis non est satisfactum. Sed Jesuitæ hic Panurgi præcipuè mihi videntur, qui talibus dignum patellis adaptent operculum; Subolet siquidem hisce nasutis, quòd stabilita hac semel de salute fiducia, concidunt statim ipsorum Invocationes, Peregrinationes, Missa, Purgatorium, Supererogationes, Indulgentiæ, & cætera ejusdem *αισχρονομίας* mensæ nummulariæ. Vociferatur igitur Bellarminus de justif. lib. 3. & cap. 2. quæstionis statum à Chemnicio & Calvino fraudulenter perverti; quia quæstio (inquit) est conditionalis, quam illi absolutè determinant; nec de fiduciæ, sed fidei certitudine instituitur dissertatio: ac si fiducia, fidei non esset actus, aut à nostræ dispositionis constantia, salus tanta penderet. Greg. de Val. Tom. 2. disp. 8. q. 4. punct. 4. de triplici distinguit cognitione, quarum prima excludit non tantum actum formidandi, sed & potentiam; quam diu quis deliberatò de re substrata cogitat, & eadem deliberanti succurrunt argumenta. Secunda excludit actum, sed non potentiam, sic tamen ut rarò vel nunquam accidat, ut quis moraliter prudens vacillet, quin intus inveniat quo ad se redeat. Tertia est tantum probabilis, ex conjecturis nonnullis & signis, quibus quum satis confirmatus videatur fidelis, facile & meritò formidare potest, num illud quod credit, aut oppositum potius sit verum. Prima, competat extraordinariò illuminatis, ut B. Virgini, & Apostolis. Secunda, iis tantum qui à mundanis se longius femoverunt, & Dei amori & familiaritati arctius sese addixerunt. Sic ut tertia solummodò sit communis fors fidelium, qua bene sperare saltem possunt de futura sollicitate, sed nil certò concludere. Nec aliud Concilium Tridentinum definivisse contendit.

In homil. de
fide, spe, &
char. In
Psal. 50.

tendit. Aculeatior in nostros videtur Becanus Justif. Calvinist. cap. 11. sed de re nil profert singulare. Etsi is (inquit) qui fidem habet, certus esset de sua fide, non ideò quoque certus esset de sua justitia, si sola fides non justificet; nec certus de perseverantia, si fides amitti potest; nec certus de prædestinatione, si fides communis sit reprobis & electis, ubi *observandum* 1. Inhærentem, quam prædicant Pontificii, justitiam, salutis incertitudinem necessariò secum trahere. Nam quid inveniat in se justissimus, quod fidenter Dei examini audeat subicere? Nec prætereundum secundò (quod acriter urget Stapletonus) Lutheranos, fiduciæ certitudinem (dum tollunt fidelium perseverantiam) frustra astruere. Nam si fides excidat prorsus, aut intercidatur, quid constanter mihi pollicear de conclusione, quæ talibus præmissis succollatur? Non immerito igitur Calvinus hos Semi-Papistas appellat, Institut. 1. 3. c. 2. sect. 14. Nam utcumque specialem fiduciam adversus fluctuantem Tridentinorum hæsitantiam, ex firmissimis in Christo promissis optimè muniunt, (ut videre est parte prima Exam. Chemniciani ad Sess. 6.) Istam tamen dum restringunt ad præsentem fidelium conditionem, nec audeant aliquid spondere de futura perseverantia, non verfatum nobis relinquunt panem subcineritium, nec à Pontificiorum fermento satis purgatum. Eundem proponunt nobis *Remonstrantes*, sed paulò aliter subactum: nam ita Arminius; Fideles certos esse posse se à fide non defecturos, nunquam habitum erat pro dogmate catholico, nunquam ejus contrarium pro hæretico. Apertiùs Grevenchovius contra Amesium: Sensum electionis ad gloriam in hac vita, nullum agnosco. Vnde Remonstrantes Hagienfes, laudabile, & utile esse ducunt, dubitare an ii semper futuri simus, qui nunc sumus. Verentur siquidem (ut alibi se expediunt) ne certitudo talis loco sit pulvinaris, quo seipfos molliter fovere, & suaviter demulcere, atque ita consolari possint. Sufficit igitur (inquit Corvinus cont. Molinæum) ea certitudo, quâ fideles sciunt se, siquidem in fide perseverent, permanuros in Dei gratia, & vitam æternam consecuturos. Nec aliter Bertius, in Sanct. Apostasia; unde certitudo conditionalis tantùm colligitur, non absoluta, idque de præsentis solummodò, & non futuro. Atque tot agitata procellis, pervenit ad nos tandem hæc Certitudinis anchora.

De Justif. 1.
9.

Hof. 7. 3.

Coll. Hag.
apud. Hom.
con. Belg.
pag. 116.
Cap. 49.

4. Orthodoxam sententiam à Theologis nostris in Synodo Dordracena contractim sic habemus. *Posse 1. quemvis fidelium persuasum habere, quòd per misericordiam Dei Patris sui sit in vera fide conservandus, & ad æternam salutem perducendus. 2. Extra studium pietatis, & usum mediorum, non posse in actum exire talem fidei persuasionem. Quæ 3. non consequitur eum certitudinis gradum, qui omnem contrarii formidinem perpetuò excludat, sed aliquando vivida est, aliquando languida, aliquando, ut in gravissimis tentationibus, nulla. E quibus tamen quartò eluctatur fidelis, & apprehendit paternam Dei erga se misericordiam, vitamque æternam sibi infallibiliter conferendam, non incertæ opinionationis, aut spei conjecturalis actu (cui falsum subesse potest) sed veræ & vivæ fidei per adoptionis spiritum, in ejus corde excitata, & obligata. Ita autem ut clariùs in se elucescant, & firmiùs muniantur adversus reclamantium insultus, observandum est primò-ex parte subjecti, non fideles universim, quovis modo, sed adultos tantùm hic intelligi, qui rationis usu pollent, & actus fidei latentis elicere possint & applicare. Hos concipiamus secundo, aliquid posse consequi duobus modis, extraordinario, ut hic per revelationem paucis indultam; vel ordinario, per fidei *ἐπίγνωσιν* quæ externis verbi promissis & Spiritus Sancti interno suffulta testimonio, in omnibus plus minus, sed quantum ad verum solamen sufficit, sese erigit. Tertius*

A& Syn.
Dord. ad
art. 5.

terminus (*Debet*) duo ingerit, vel quod necesse sit ex præcepto, vel convenit fideli esse certum. *Certitudo* autem illa quarto in loco, vel ad *objectum* refertur, vel ad *subjectum*. Certitudo objecti, est inmutabilitas rei cognite vel creditæ, quæ fundamentum habet, vel in ipsius necessitate, ut Deum esse bonum, vel à contingentis determinatione, ut Christum ad judicandum vivos & mortuos esse venturum. Certitudo subjecti est assensus noster rei, quæ cognoscenda, aut credenda proponitur. Ea autem pro diversitate mediolorum in subjecto capaci & rectè affecto, quadripartita statui potest: *Experientiæ*, sive sensus, quæ circa objectum proprium non fallitur: *Scientiæ*, conclusionis ex indubitatis principiis: *Intelligentiæ*, principiorum, in Theoreticis, ut prudentiæ in practicis: *Fides*, in revelatis. Atque hæc non tantum assensitiva est in intellectu, sed fiducialis in corde, applicante, & acquiescente in creditorum firmitudine. Fides enim est duplex, quæ creditur, sive Catholica doctrina, nimirum in Scripturis divinitus revelata: vel quæ creditur, sive specialis, quæ propositis non assentitur tantum fidelis, sed sibi applicat, & inquitur, ut inde salutem consequatur. Quinto, salus ista est duplex, *via*, tranquillitas scilicet conscientiæ, ex *videntiæ* indubitatis gnorismatis acquisita, & stabilita: *vel patriæ*, felicitas conditionis post hanc vitam possidenda. Convenit autem primo inter omnes, non posse quemquam per lumen naturale intellectus, certo & evidentè scire, se esse in gratia, quia quæ sunt hominis nemo novit nisi Spiritus hominis, 1. Cor. 2. Nec controvertitur 2. de extraordinaria, revelata, morali vel conjecturali cognitione; multo minus de spe temeraria, sive præsumptione; nam ridiculum esset de talibus movere litem, in quibus error latere potest; & unusquisque absque fundamento, aut mediis, abundet suo sensu. Convenit 3. fiduciam in Deo per Christum esse collocandam, juxta promissa Divina in Scripturis promulgata, non in lubrica hominum tergiversatione, quæ quovis turbine abripitur. 4. Etenim nimis constat, fiduciam istam innatæ imbecillitatis respectu, concuti aliquoties, & fluctuare, præsertim in vocationis tyrocinio, quando neophyti sumus aut *ἀλιγέμενοι*, vel sub cruce, aut in lucta tentationis, ubi Spiritus solatii sic nonnunquam intercludatur, & lumen Divini vultus abscondatur, ut in excessu mentis excidat fideli illa Davidis querela, *Proiectus sum à facie oculorum tuorum*, Psal. 31. vel Jobi, *Terrores Domini militant contra me*, Job. 6. vel Servatoris, *Deus mi, Deus mi, ut quid dereliquisti me?* Matth. 27. Vnde quæstio non est 5o. de generali fide, seu catholica, quæ assentimur Scripturæ; sed specialis, & applicante per explorata media, ut agnoscit Bellarminus ad finem cap. 2. lib. 3. de justifi. Nec ambigitur 6. de possibilitate præsentis confidentiæ, (quam libentè cum Lutheranis admittunt Arminiani) sed futuræ perseverantiæ, quæ gloriatur in curriculi termino, salutis coronam nobis esse repositam. Cum autem salus viæ & patriæ, tam fixa lege ad se invicem ordinentur, ut de posteriori nil quispiam sibi polliceatur, qui de priori non habet aliquid explorati; Convenit 7. unam ex his, alteram vel inferre, vel præsupponere. Vnde dissensus non est 8. quid fieri possit, aut conveniat; sed quid fit, aut ex præcepto debet fieri à fideli, qui hic consolationem expectat certam futuræ gloriæ. Quæritur itaque, *An Christianus fidelis adultus, possit* non tantum de præsentis, sed de futuro statu; non quoad actum perpetuò continuatum, sed fundamentum & habitum nunquam amissum; & debeat non ex dignitatis propria, sed dignationis Divina & custodia deliberato intuitu: certus esse non certitudine tantum objecti, sed subjecti; non experientiæ, intelligentiæ, aut prudentiæ; sed fidei vivæ & justificantis; non de aliorum (nisi ex charitate) sed ex conscio exanime & fiducia; de sua tam patriæ, quam viæ salute. Hic alii hæsitant, alii sophisti-

sophisticantur, Jesuitæ expressè negant; Nos affirmamus. Argumenta nostra præcipua ad hunc hunc ferè se habent modum.

5. *Certitudinem salutis qui summo benedictionis loco non ducit, na ille lacte potius opus habet, quam solidiori cibo. Quò opportunius vos interceditis (Dilecti filii) ne in tanti beneficii sportula, dimensum vestrum negligatur. Sed ut manus temerè non sunt alicui imponendæ (præcipiente Apostolo:) Ita & benedictionum gazæ, absque delictu non sunt prodigendæ. Cæcus Isaac attrectaret prius suos filios, quam benedictionem impertiret. Jacob expiraturus, noluit manus disponere ad Iosephi ductum; cælestia siquidem huiusmodi non sunt consuetudinis aut meræ indulgentiæ, sed meriti, & modestiæ, ἀνάδηματα. Manum non hisce injiciat Magnus aliquis Simoniacus, aut tergiversator Demas, aut subversor Elymas; Sycophanta, Institores, Surrrones, Καὶ εὖ δαλέουτες, χόλη πικρίας macerati, nec sortem habent nec partem in hoc negotio. Quamquam enim Epiphanius ab irruente populo, & Chrylostomus post exilium è cathedrâ, eoacti fuerint aliquo modo benedictionibus pacem pacisci: Nec desuerunt è priscâ superstitione, Paulus qui Leonibus, Cuthbertus qui piscibus, Franciscus qui volatilibus eandem indulserunt gratiam: Nobis tamen dispiciendum est, quibus novalibus & sulcis mandemus semen, ne volucres auferant, aut non foveat petra, aut suffocent spinæ, & proventum optatum anticipent. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo, (modulamen, ut nôstis, est Psalmistæ) hic accipiet benedictionem à Domino. Aliàs usurpemus illud Balaami, Num. 23. Quomodo benedicam cui non benedixit Dominus? aut quâ confidentiâ optemus salutaria, ubi Deus avertit faciem? Notissima est ista apud Bedam historia; rejecisse Britonum Episcopos, Augustinum Papæ Legatum, quia facilem se illis & humilem (ut Ecclesiasticum decuit) primo congressu non exhibuit. Et extat apud Hugonem de S. Victore inter Deum & Diabolum, eadem de re altercatio. Jussit Dominus funiculos afferri in partitionem, & invenit virentia & irrigua in vallibus imis, minora spatio, majora pretio; & hæc præcepit reponi ad partem unam. Deserta verò & arida in rupibus, & montibus altis, læta & aspectu patentia, magna spatio, reponi voluit ad partem alteram, jussitque vocari Diabolum, cui ait; Ne fortè aut violentiam judicantis, aut avaritiam dantis causari velles, quicquid oculus tuus videt tibi dabo. Demon, qui omnia sublimia considerat, humilia non respicit, levat in illa oculos, ac sibi meliora cessisse gloriatur. Cui Deus, Tulaudas quod vides, & ego quod video laudo, tu in imo es, propterea oculis tuis non nisi alta ac excelsa patent; Ego desuper contempler quam habent amœnitatem humilia. Etenim ut semita ad cælum per hujus mundi abrupta pateat, attollenda sunt humilitatis valles, & superbia montes complanandi, priusquam τὸ σωτήριον Θεοῦ nobis veniat in conspectum. Si igitur eâ, quâ par est, humilitate (Dilecti Filii) hæc adearis sacraria, devotè expectantes à Domino, quod minister indignus exoptet ipse nomine, si fermentum ambitionis non intumescat, sub isto habitu coccineo, quâ pileo statim donati, Benedicentem unâ cum benedictione, in super sitis habituri, omitti sanè potuit hæc solennitas, observantibus non profutura; Ego loquar, vos audiat, ut ventum seminavimus, sic turbinem metemus, & quadret illud Ieremiæ, Majores miserunt minores ad hauriendum, sed vase reportarunt vacua, pudore & rubore suffusi. Sin tales futuri sitis, quales vos hæctenus experta est Mater Academia, industrii, sinceri, humiles, non mulcæ in unguento, non colubri in via, non Simiæ in recto, quos non inflent tituli, non præcipitent gradus, ad parium, aut inferiorum contemptum, & opprobrium: Agedum, quod mei muneris est animi-*

Benedictio.

1. Tim. 5.
Genes. 27.

Gen. 48.

Sozom. i. 2.
cap. 18.

Psal. 24. 4.

L. 2. c. 2.

In Sent.

Luc. 3.
Ihaj. 40.Hof. 4.
Ier. 14.

animiūs exequat, nec dubitaverim quin Pater benedictionum, ita Benedicenti, & Benedicētis propitiū annuet.

6. *Atque hic quid salutaris vobis voceam, quā (quæ jam præ manibus habetur) salutis certitudinem? Virtus, honor, divitiæ, voluptates, pro cuiusque gestu, aut vertigine, apud filios hujus seculi, primas obtinent. Enumerat Varro apud Augustinum 288. discrepantes de fœlicitate sententiās. Sed omnes declinaverunt à via, (ut loquitur Psalmista) vel ut Apostolus, ἐμαρτυροῦσθαι ἐν τοῖς ἀλόγοις, vani facti sunt in ratiociniis suis. Nam sine hâc salutis certitudine, fluctuat Socrates, & trepidat Adrianus, ad mortis pallorem; alii ululant, sub adverse sortis iniquiori pressura, dum placidè obdormit noster Stephanus, sub lapidantium lumbifragio; Ignatius properat ad bestias, ut triticum mola destinatum; irridet Laurentius animosè Tyrannum, & Tortorem cum craticulâ, non alio erecti solatio, nisi futuræ salutis certitudine. Hujus patriæ expectatio, facile mitigabit omnes vicæ arumnas, dum semper secum reputet fidelis, Agonothetam ipsum respicere, & sustentare, non ut immotus perferat, sed ne jactatus corruat, unde fixiori gressu extendit se ad anteriora, quæ noverit non in medio relicta, sed sibi esse reposita. Quid enim proderit Christiano de electionis & perseverantiæ indubitato eventu, de Redemptoris merito & misericordiâ, recondita quæque speculari, dum ipse ex nullis colligat, indicia, se esse ex benedicto illo salvo andorum numero? Deploratissima mihi semper visa est istius Medici Florentini, Johannis de Canis apud Gellum in dialogo 2. Chimerico hesitantiâ, Qui in extremis constitutus, ita misere expiravit. Mox (inquiens) sciam, an anima sit immortalis, necne. Digna quidem conclusio Machiavelli conterraneo, aut Lindani Dubitanti, è Johannis 24. Benedicti 9. Alexandri 6. & Leonis 10. Papali Schola: Cui Symmystam addit Bellarminus, de arte moriendi lib. 2. cap. 10. ex Advocatorum consistorio; qui excitatus in ultimo agone ut pœnitentiam ageret, constanti animo, & sine ullò metu, hanc ad Deum instituit apostrophem; Ego, Domine, concupivi alloqui te, non pro me, sed pro conjugè meâ, & liberis meis; ego enim prope ro ad inferos, neque est ut aliquid pro me agas. Atque hoc protulit (inquit Bellarminus, qui interfuit) animo tam tranquillo, ac si de itinere ad villam, aut oppidum aliquod loqueretur. Tantùm absfuit à salutis certitudine, ut convulsus veluti omnibus, in gehennâ abyssum rectè pergeret. Quid Casuistæ (ut vulgò audiunt) ex eadem disciplinâ, nunquid immiscerent aliquid præsentius, ad refrigerium æstuantis conscientia? circumfluctuantem animulam per Traditionum, Decretorum, & Decretalium, horrendum Chaos, obrunt superstitionum, & ceremoniarum non ferendâ sarcinâ, dementiam subtilitatum & fabularum inextricabili labyrintho: ac deînducto, qui adversus nos erat, chirographo, de præzio redemptionis per imputatam Christi Justitiâ, de fide quæ eam apprehendit, & applicat, unde oriatur (de qua loquimur) salutis certitudo, tristissimum apud hos silentium. Quò in amœnioribus ceciderunt locis nostri funes, (Pares, Fratres, & Filii in hoc consortio fœlicissimi) ubi applicat sibi ipsi unusquisque illud Psalmistæ auspiciū; Si ambulavero per vallem umbræ mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum, virga tua & baculus tuus ipsa consolantur me. Vidit hoc è longinquo quasi per nebulam infœlix Balaam, Num. 23. Ideoque, Moriatur (inquit) anima mea morte justorum, & sint novissima mea horum similia.*

7. *Quare ut Deus Abrahamum eductum foras alloquutus est, Genes. 15. Suspice nunc cœlum, & numera stellas, si potes, sic enim erit semen tuum: Ita liceat mihi vos affari, Scrutamini Scripturas, & promissiones inibi in Christo consignatas, licet ista ἀνεπίστατα videantur, & oculorum obtutum fugientia; fides tamen penetrat ad interiora vel*

De civit. Dei
l. 19. c. 1.
Psalm. 14.
Rom. 1.

Phil. 3.

Psalm. 16.

Psalm. 23.

Hebr. 6.

sive necessaria adjuncta attribuuntur. Quibus opponitur *δύκεσις dubitatio*, sive hæsitantia, Matth. 21. 21. Jacobi 1. 6. Vnde argumentum, Vbi aperta, evidens, plena, & fiducialis intercedit de peccatorum remissione, & Patris in filio favore, persuasio, ibi necessariò sequitur salutis certitudo, quia ut fides à fideli, ita nec istæ proprietates à fide possunt separari. Πίστις (inquit in Psal. 115. Basilii) ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους πλεῖν ψυχὴν εἰς συγκρατῆσιν ἐλκεῖται. Fides præ cunctis rationis methodis animam trahit ad assensum. At unusquisque fidelis ita potest, & tenetur sibi ipsi persuadere & confidere, aliter enim non esset fidelis; ergò potest & debet esse certus de sua salute. Respondet Bellarminus, fidem esse certissimam, neque ullum Catholicorum dixisse, fidem non esse certam, aut posse dubitare, vel cum formidine assentiri, in iis quæ ad fidem pertinent. Sed remissio (inquit) peccatorum sive justificatio, ad fidem propriè dictam non pertinet, & per consequens nec salutis certitudo. Contra: Delirare hoc est non disputare. Nunquid enim peccatorum remissio, non habetur inter fidei articulos, & articuli tandem symboli, ad fidem propriè dictam non pertinebunt? Pertinere certè ostendit Paulus, ex omnibus Prophetis, Act. 10. 43. Et apertius, ex cælesti ipsius Christi oraculo, Act. 26. 18. Interponit Episcopus noster contra Perkinium, Fidem quidem includere infallibilem de rebus creditis certitudinem, sed particulatim illam non explicare. Vnde utcumque fidelis de re sit certus, de se nil habet confirmati. At diverticulum hoc interclusisset textus à Perkinio adductus, ex Joh. 1. 12. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, nempe iis qui credunt in nomine eius.* Hic credere in Christum, & recipere, idem sonant; sed recipere est applicare: ergo qui verè credunt verè applicant, & exclamant cum Thoma, *Domine mi. Deus mi.* Ioh. 20. 28. Postremò hujus argumenti vim declinant potius, quàm retundunt Adversarii: nam si fides alicui competat, ergo & ipsius formalia, ὑπόστασις & ἔλεγχος, & quæ inde fluunt proprietates, persuasio, fiducia, libera, & aperta certioratio. Nec dicas ista de re concludere, & non de persona, quia ut fides hæc habet in se, ita eadem necessariò confert iis in quibus particulatim inest personis. Ista autem non distrahi aut intercipi, ratione humanæ imbecillitatis, aut in dispositionis, ne debitum effectum sortiantur probabit.

Art. 2.

9. *Secundum nostrum argumentum à promissis in Scriptura consignatis desumptum.* Quodcumque Spiritus testatur nos posse & debere credere, illud oportet nobis esse persuasivissimum. Quia Spiritu *signati sumus in diem redemptionis*, Eph. 4. 30. quod est arrhabo sive *pignus hereditatis nostræ*, Eph. 1. 14. At Spiritus testatur nos posse & debere credere salutis certitudinem. Quia, *Non accepistis spiritum servitutis ad metum, sed adoptionis, per quem clamamus, Abba Pater.* Et ille ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro nos esse filios Dei; si autem filii, & heredes, Rom. 8. 15. *Et quoniam sumus filii, misit Deus hunc Spiritum filii sui*, Gal. 4. 6. Ergo possumus & debemus hanc certitudinem credere. Fatetur Bellarminus hæc præcipuè premere. Responsum tamen confarcinat ex lectione duplici illius loci ad Rom. 8. Prima est (inquit) Latini codicis, qui habet, Spiritum S. testimonium reddere spiritui nostro: unde colligi tantum contendit, *experimentum* cujusdam suavitatis, & pacis internæ, quod non gignit certitudinem, nisi conjecturalem: Altera est Græca, Spiritus Sanctus *συμμαρτυρεῖ* simul testatur cum spiritu nostro, quod testimonium nil aliud est, quàm oratio quâ dicimus, Abba Pater: Hoc enim & testimonium nostrum est, & Dei. Nostrum, quia nos sumus qui dicimus; Dei, qui movet ut dicamus. Sed quod Spiritus Sanctus sit qui movet, non constat ex fide Divina, sed conjecturis; & istæ fallaces esse

Tom. 1. In illud Credi di, propter quod locus sum.

Except. De justific. l. 3. c. 11.

Refutat.

Refutatio.

De Just. l. 3. c. 9. Except.

esse possunt ; ergo certitudo ex illis locis nulla ratione elicitur. Occurrimus : Prodit hinc Jesuita, se nunquam corditus sensit hoc Spiritus Sancti, de quo loquitur, testimonium. Quid enim ? annon utraque lectio inculcat *inoperant* (de qua ibidem loquitur Apostolus) innotescere nobis per Spiritum Sanctum ? si certò, obtinemus quod volumus : si non, seducit Spiritus. Minimè, (inquam) quia nullus dubitat, an verum sit Spiritus Sancti testimonium, sed an Spiritus qui testatur, sit sanctus. Potest enim esse malus (ut monet Greg. de Val.) qui foveat securitatem a i perniciem. Sed non animadvertunt acuti disputatores, Apostoli scopum hoc subterfugium non admittere. Quia enim fluctuare potest Spiritus noster, inter diffidentia & presumptionis vortices, annon docet succurrere, & simul testari Spiritum S. ad stabilendum, ne fluctuemus ? Consentit expressè Johannes, *In hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Cur autem dedit ? Proculdubio ut cognoscamus, quia in hoc cognoscimus, quoniam dedit. Sic 1. Cor. 2. *Accepimus Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus qua donata sunt nobis.* Nobis (inquit) particulatim, non vocatis in genere, de quibus dubitemus an nos simus. Et hoc testimonium est, quod unusquisque fidelis in se habet, quod qui minùs aestimat Deum facit mendacem, 1. Joh. 5. 10. Hinc oritur *pax justificationis*, Rom. 5. 1. & *gaudium quod nemo tollat*, Joh. 16. 22. & *gloriatio*, quæ est testimonium nostræ conscientia, 2. Cor. 1. 12.

10. Tertio argumentamur ab exemplo fidelium, & praxi. Abraham Pater credentium contra spem, sub spe credidit, non infirmatus, sed *ἀληγοφορητής* plenissimè sciens, quòd ille qui promisisset, potis erat efficere, Rom. 4. 21. Eandem spirant certitudinem apud Davidem Psalmi integri. *Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite meae*, Psal. 23. *Non confundar in æternum*, Psal. 31. Scio cui credidi (inquit Paulus) *πέπεισμαι γὰρ* quòd neque mors, neque vita, &c. potest separare nos à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro, Rom. 8. 38. Rationem attexit Iohannes, *Nos scimus quia translati sumus à morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Et, in hoc cognoscimus, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, 1. Joh. 3. 14. 16. Vnde argumentum. Fidelium exemplum, & praxis, est nostra institutio. Illi autem de salute sic fuerunt certiorati ; ergo & nos possumus, & debemus. Respondet Bellarminus, 1. Paucos istos eximios viros, *peculiariter* forsan *revelatione*, certos fuisse factos : Sed hoc ariolari est ; non ex textu aliquid proferre. Sanè Paulus hanc fidei Abraham, non revelationi ascribit certitudinem, ad Heb. 11. Et quod Paulus sibi, Ambrosius omnibus Christianis accomodat, in Psal. 39. Secundò asserit, voces, *scimus & cognoscimus*, non necessariò includere certitudinem fidei Divina, sed ex signis quandam conjecturam. Sed ista sunt gratis dicta. Per signa qui sem deducimur in hanc notitiam, sed Spiritus S. obsignat conscientia, hæc signa non esse fallacia. Confirmat hoc Iohannes, *Si cor nostrum nos non condemnet, fiduciam habemus apud Deum*, 1. Joh. 3. 21. Et postea, *Per hoc novimus habitare in nobis, nempe ex spiritu quem dedit nobis*, vers. 24. Addit 3. loqui Iohannem & Paulum, in prima persona, quia bonam spem concipiebant tam de propria salute, quàm aliorum, quibus optimè cupiebant. Sed ista tam distincta sunt, & ludicra, ut recitasse solummodo est confutasse. Punctius Greg. de Valent. Hæc & similia, vel pertinent ad si tei certitudinem de re aliqua futura, quam peculiariter Deus promisit, ut illud exemplum Abrahæ ; vel ad certitudinem moralem de gratia ; excludentem quidem plerunque actualem formidinem, non potentiam formidandi, ut illa quæ allata sunt de Davide ; vel ad certitudinem salutis electorum secundum se, licet ignotam ipsis electis, ut illud Pauli, Quis accusabit

Refutatio.

Except.

Tom. 2. disp.

8. q. p. 4.

Refutat.

1. Joh. 4.

1. Cor. 2. 12.

Argum. 3.

De Iustif.

1. 3. c. 11.

Except. 1.

Refutatio.

Except. 2.

Refutat.

Except. 3.

Refutat.

Except. 4.

Refutat.

adversus electos Dei? Sed nec ista felicius nodos expediunt. Ex Abrahami enim fide in re peculiari sibi promissa, ostendit Apostolus, quam confidenter nos oportet promissionibus Dei inniti, Rom. 4. Davidi præveniens & subsequens Dei misericordia (utcumque non formidandi potentiam, imò nec actum semper exclusit) conservavit tamen semen, non moralis tantum persuasionis, (quod infidelibus æque accomodes) sed fidei, unde seipsum recollegit, non fractus hostium incurfu, sed attonitus. Neque enim timor qui aliquoties fideles concutit, servilis est, sive incredulitatis, ne gratiâ penitus excidant; sed filialis, sive sollicitudinis, ne conservatorem ingratitude ad iram provocent; unde subtrahatur ipsis non termini bravium, sed itineris pro tempore solatium. De Electorum autem salute, generatim aliquid certi pronunciare, forsitan & Diaboli possint. Constat verò fideli ex innato Spiritus Sancti, & conscientiâ infallibili testimonio, se speciatim esse ex illorum numero; Vnde *explorare* nosmet ipsos jubet Paulus, *an simus in fide*, 2. Cor. 13. 5. Hortatur Petrus vocationem & electionem nostram firmam efficere, 2. Pet. 1. 10. Paulo occurrit Bellarminus, Illum loqui non de præsentia Christi secundum gratiam gratum facientem; sed secundum potentiam, providentiam, & miracula, quæ apud Corinthios faciebat. Sed dilutum est hoc commentum, neque enim jubet eos circumspicere extra se, potentiæ, & miraculorum experimentum, sed probare seipsos, hoc est, proprii cordis recessus inspicere, an fidem habeant, necne. De Petri testimoniis respondet, Illum monere tantum, ut per bona opera certam, id est, ratam & firmam vocationem & electionem faciamus. Nam cum *Deus nos elegerit, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate*, Ephes. 1. illi electionem suam confirmant, & certam reddunt, qui sancti & immaculati fieri student, ac in charitate magis magisque eo adjuvante proficiunt. Ira Cardinalis ad finem cap. 9. lib. 3. de Justif. Vnde insurgo. Si electionem certam ac firmam reddant fideles, (sicut præcepit Apostolus) aut intelligunt illi fideles, hoc se facere, vel non. Si non, cæco feruntur impetu absque fidei notitia, sine qua impossibile est placere Deo: si sic, ergo ut debent, sic possunt certi esse de salute propria, sicut nos asserimus.

Except.

Refutat.

Arg. 4.

II. *Quartum* argumentum succedit ab orationis objecto. Quod precibus tenemur petere, illud credendum est speciatim ad nos pertinere. Confirmatur; *Quæcumque orantes petitis, credite vos accepturos, & evenient vobis*, Marc. 11. 24. *Hæc est fiducia quam apud Deum habemus, ipsum, siquid petierimus secundum voluntatem ejus, nos audire. Quòd si scimus eum audire nos quicquid petierimus, scimus nos habere petitiones quas ab eo petimus*, 1. Joh. 5. 14. 15. At singuli tenentur peccatorum remissionem, vitamque æternam, ex speciali Patris in Christo misericordia petere: Vos ita orate, *Dimitte nobis debita nostra*, Matth. 6. 9. Luc. 11. 2. Diffidentia, & ὀλιγοπιστία perstringitur; *Quid timidi estis modicæ fidei?* Matth. 8. 16. ὀλιγοπιστε εἰς τὴν ἐπίστασιν *Exigua fide prædite quare dubitasti?* Matth. 14. 31. Item 16. 8. requiritur particularis persuasio; *Creditis me hoc posse facere?* Matth. 9. 8. Θάρσος τέκνον, *Confide fili*, remittuntur tibi peccata tua: Ibid. v. 2. Accedunt sacramenta, ut hujus fidei & certitudinis sigilla, è quibus baptismus est stipulatio bonæ conscientiæ erga Deum, 1. Pet. 3. 21. *quæ ubi πρὸς ἐρησίας accedamus ad thronum gratiæ*, Heb. 4. 16. Eucharistia testatur peccata nostra morte & sanguine Christi esse expiata, unde *in unum Spiritum potissimum*, 1. Cor. 12. 13. Ergo possumus & debemus esse certi de nostra salute. Occurrit Bellarminus, Orationem in fide sine hæsitatione, cum incertitudine de re quæ petitur adipiscenda optimè cohærere. Regero: Hæsitatio tam fidei, quàm fiduciæ, (ut statim

Aug. de Bono persever. 1. 3. c. 15. ex Cyprian. serm. de Orat. Domin.

Except. De Justif. 1. 3. c. 15. Refut.

subjicit

subjicit Cardinalis) est suo modo contraria, & tamen ista optimè coherent? Imò (inquit) quia Apostolus ter rogavit, ut liberaretur à stimulo carnis, in fide nil hæsitans, & non impetravit tamen, quod petiit. Resp. Aliud est temporalia, aliud est spiritualia à Deo petere. De illis promissio non est definita, sed conditionalis, quatenus Dei gloria, & nostræ salutis convenit: De istis verò est absoluta, *Petite & dabitur vobis, Quicquid petieritis in nomine meo, ego faciam*: Apostolus autem tulit repulsam boni Corporalis, non Spiritualis. Nam celsit illi *σκόλοψ τῆ σαρκί*, in humiliationem. Unde virtus gratiæ Divinæ in tali infirmitate perficiebatur. 2. Cor. 12. 7. 9. Ad illud ultimum de sacramentis, ista non instituta fuisse asserit ad sustentandam fidem, sed ad justificationem efficiendam. Cui opponimus solummodò Apostolum. Abraham accepit circumcisionem, quod esset *sigillum justitiæ fidei* receptæ in præputio, Rom. 4. 11. Quòd si justificationem ex opere operato sacramenta efficiant, tantò firmior ex ipsorum præceptione oritur salutis certitudo. Priorem verò argumenti partem, ita retorquere in nos conatur noster Episcopus. Si orandum sit ut salutem consequamur, ergo de ea certi non sumus; Nemo enim sanus illud à Deo petit, quod possidet: At non possidemus salutem (ò bone) re sed spe, ubi intervenit oratio, ut præcipuum ad consequendum medium. Petere autem qua fronte possimus, nisi fides nobis sponderet, voti aliquando nos futuros compotes? At circumstantiæ in oratione neglectæ, preces inanes reddunt, & irritam certitudinem. Resp. Certitudo ista non innitur precum perfectione, sed cordis affectione; Deus enim non respicit orantis meritum, sed synceritatem; & *qui interpellare nos facit, interpellandi nobis & gemendi inspirat affectum*. Aug. Ep. 105.

12. Quintò consentiunt Patres Græci, Chrysostomus, *Quando Spiritus restatur, quanam relinquitur ambiguitas?* in Rom. 14. Addit, *Si Deus hæc arrhâ nobis prius datâ, reliquam hereditatis possessionem non adjiceret, ipse arrhâ perdita damnum pateretur*. Hom. 1. 2. Cor. Hæc est magna illa certitudo apud Theophylactum, quam experti sumus omnes, in Matth. 11. Quando quis suis vel alienis peccatis, eo modo (quo diximus) affectum se esse animadvertit. *Πληροφωρηθῆτω*, sine dubio credit se liberum esse à peccato. Basilii, Reg. contract. q 296. Accedit Cyrillus, qui pater generalem cognitionem, specialem deprædicat, quâ Spiritus illuminatione receptâ, fideles oculis animi habitantem in se Deum videbant, in Joh. lib. 10. cap. 3. Hujus fiducia fidejussorem se profiteretur Nazianzenus, in oratione consolatoria de grandinis calamitate. Ita autem dum torquet Bellarminus, vel ad cognitionem Beatorum, vel elevat ut conjecturas; ex simplici textuum inspectione exertim refellitur. Suffragantur Latini, è quibus Minutius Felix in Octavio, securitatem futuræ fœlicitatis urget, ut Christianæ profersionis symbolum. *Deus tibi* (inquit Cyprianus) *è mundo discedenti immortalitatem pollicetur, & tu dubitas? hoc est Deum omnino non nôsse; hoc est Christum credentium Magistrû peccato incredulitatis offendere; hoc est in Ecclesia constitutam fidem in domo fidei non habere*. Et postea; *Ejus est mortem timere, qui ad Christum transire nolit; ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credit cû Christo incipere regnare*, Tract. de imort. Cujus scopus indicat, hæc ex parte subjecti, & non objecti (ut nugatur Bellarminus) à clarissimo illo Martyre urgeri. Sic Hilarius, Justificatio ex fide nulla est, si fides ipsa fiat ambigua, in Matth. 4. Cor. fidentiùs compellat Ambrosius primò fidelem, *Presume, non de operatione tua, sed Christi gratiâ*, de Sacram. l. 5. c. 4. Deinde Deum, *Hoc ut audeamus ipse fecisti, tuo te chirographo conveniemus*; In Psalm. 118. ser. 5. Succenturiatur Augustinus: *Non est arrogantia, sed fides, prædicare ea quæ acceperisti*; de verb. Dom.

ferm. 28. *An temerè dicimus, faciendo Deum nobis possessionem? Dicat anima secura, dicat, Deus meus es tu, quia dicit anima nostra, Salus tua ego sum; In Psal. 32. conc. 2. Nemo igitur interroget hominem; redeat ad cor suum, si ibi inveniat charitatem, securus sit, quia transit à morte ad vitam: super Ep. Joh. tract. 5. At fides ista & charitas possunt esse fucata, vel habentem saltem latere, qui nescit an sit dignus odio vel amore. Occurrit idem Pater, 1. de fide, Fidem ipsam videt quisque esse in corde suo, si credit, vel non esse, si non credit, de Trinit. l. 13. c. 1. Deinde de charitate, qui diligit fratrem suum, magis diligit dilectionem quàm diligit, quàm fratrem quem diligit, Ibid. l. 8. cap. 8. unde in Psal. 88. Hoc (inquit) dixit Deus, hoc promisit; si parum est hoc, juravit. Qui ergo non secundum merita nostra, sed secundum illius misericordiam, firma est promissio; nemo debet cum trepidatione predicare, de quo non potest dubitare. Eadem est insequentium doctrina. Gregorii; Mens que divino spiritu impletur, habet evidentissima signa sua: Dialog. lib. 1. cap. 1. Anselmi; Per hoc quòd Spiritus S. charitatem nobis infundit, evidenti testimonio declarat menti nostræ, nos esse filios Dei, ad Rom. 8. Bernardi; Revelat Deus per fidem homini æternum Dei propositum super salute sua futura: Epist. 107. Vnde anima præsumat se paterno affectu diligi: In Cant. ferm. 8. Nec dubitet se amari qui amat: Ibid. ferm. 69.*

Except.
Refutat.

Arg. 6.

13. *Sextò, idem confirmatur ex Adversariorum confessione. Quando ista tria sunt in anima, lumen, lætitia, & pax, (inquit Halensis) verè certum est experimentum, quòd anima habet gratiam: part. 3. q. 6. art. 3. Memb. 7. De reliquis Scholasticis generatim superius monui, Illos certitudinem furcillare in hoc argumento, quæ deducitur ex Syllogismo demonstrante, non quæ divinitus emanat ex fide revelante; certitudine consequente fidem, ut loquitur Joh. Bacon in 3. sent. dist. 30. q. 1. Hinc Sixtus Senensis ex Medina defendit Feri expositionem in illud Joh. 14. Alium Paracletum dabit vobis, quæ S. S. contendit esse pignus & arrhabonem; quod credentes de salute certificet. Biblioth. S. l. 6. annorat. 210. Eandem propugnant certitudinem Colonienfes, Roffensis, Torrensis, Cajetanus, Cassalius, Canisius, imò & ipsum Concilium Tridentinum, si Eisengreinium admittamus interpretem. Audire non segnem hujus causæ patronum: Equidem (inquit) hîc me sisto, & clara voce pronuncio, nullum Catholicum receptumque Doctorem unquam in eam sententiam, quam adversarii nobis impingunt, de remissione peccatorum & gratia, sine ulla consolatione & tranquillitate conscientiæ, perpetuò trepidandum dissidendumque docuisse. Hoc incunctanter indissimulantèrque pronuncio, atque utinam faxit Deus ut hæc vox mea totum Christianum orbem personaret: Tract. de certitud. grat. cap. 6. ubi ex omnibus receptis Theologis, Patribus, Scholasticis, Neotericis, ostendit, hanc gratiæ certitudinem, vel propugnatam semper fuisse, aut saltem non oppugnatam, quod miror Iesuitas recentiores, præsertim Germanos dissimulare maluisse, quàm excusare; nisi fortè satis habeant, librum istum ab Indicibus, ad Prohibitorum spongiam damnari. Quem tamen Felix Bidenbachius non obscurus Pontificius, sed in aula Imperatoria Concionator, in Latinam è Germanica transtulit, & Præfatione erudita illustravit, ac comprobavit. Interea viris quibusdam spiritualibus hoc indulgent certitudinis privilegium, modò illud fidei non referant acceptum; Bellarminus, Toletus, Pererius, Valentianus, Vega, Bannes, & alii. Sed cum fidei certitudo, solâ visione beatâ, claritate sit inferior, ut ostendit in Job. Pineda in cap. 19. v. 25. nunquid in illis spiritualibus, moralis plus præstabit persuasio, quàm πλῆροφουλία fidei & indubitatum Spiritus S. auctoramentum? Peto enim ab hisce Sophistis, num adhuc obrineat ista eorum in Scholis regula,*

Is 5. ad
Rom. dist. 6
Tom. 2. d. 8.
q. 4. p. 4.
Pro Conc.
Trid. p. 313.

regula, quam antiquitus tradidit Scotus, 3. sent. d. 35. q. unicâ; admiserunt postea ut infallibilem, Vega, Canus, Medina, Albertinus, & passim alii, scilicet *conclusionem ex una propositione credita, & altera evidenti, ex fide esse certam*. Si negent, actum est de Papæ suprematu, & multis fidei veritatibus, quæ aliam probationem non admittunt. Sin concedant, ita argumentum instituto. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*. Propositio est Servatoris, ideoque summè credenda, Marc. 16. 16. At ego credo & sum baptizatus. Assumptio habet evidentiam ex duplici testimonio, Spiritûs S. & conscientiæ, Rom. 8. 15. Et receptissimum est illud Scoti in 3. Sent. d. 23. Credo me habere fidem; sicut credo Deum esse trinum & unum, ita credo me habere Fidem infusam, quâ hoc credo, & hoc à Deo, ut perficiat animam in actu primo; quia Dei est perfectè perficere, quando perficit. Scot. in 3. Sent. Dist. 23. q. 1. §. 14. & Aquinatis, de omnipotentia Dei & misericordia ejus certus est, quicumque fidem habet. 2. secundæ q. 18. art. 4. ad 2. Quicumque habet scientiam vel fidem, certus est se habere. 1. 2. q. 112. art. 5. ad 2. Unde concludam, Ergo ego non tantum possum esse, sed ero salvus: quod unusquisque fidelis possit, & debet sibi ipsi applicare.

14. *Ulimum* nostrum argumentum absurda nonnulla, & *avertit* persequitur, quæ Adversariorum comitantur diffidentiam. Primò enim quod maximè seductores pungeret, si incertitudo hæc penitiùs inspiciatur, periculum est ne Sacerdotum Missæ, & Absolutiones, Pontificum Indulgentiæ, Ecclesiæ thesaurus, Monachorum merita, & cæteræ merces ejusdem sarcinæ, quin ipsa legis impletio, & Sacramentorum opus operatum, apud cordatiores inter illos vilescant. Nam cui bono cedunt ista omnia, si ex istis omnibus nil certi de salute mea possim polliceri? Sequitur secundò ex parte seductorum, nil posse illos, aut debere à talibus expectare Ductoribus, quod sauciatam liget, aut languentem erigat conscientiam. Plaustra enim Casuistarum quid mihi proderint, in mortis agone, si nihil de salutis certitudine pronuncient? Postremò, produnt manifestò incertitudinis hujus Pyrrhonistæ, aut Majores ipsorum, Ecclesiæ per plurimos annos egregiè imposuisse, aut ipsos tandem à Majoribus summa cum perfidia defecisse. Octo ad minimum Agenda (ut vocant) adducit Eifengreinius, in quibus expressè præcipitur Sacerdoti, ut astuantes, aut gementes sub tentationum aut crucis mole, hac antidoto sive (si fas sit loqui) extrema unctio-
ne tempestivè reficeret. Hujus fiduciæ lampade, per universum Christianum orbem (inquit Caspar Vlenburgius) simpliciores ad agnoscendum Christum, & salutem consequendam manuduxerunt Majores, atque ita artem bene moriendi minoribus traderunt. Abbatis Blossii (quem laudat Stapletonus) quid tam frequenter spirant Canones & Institutio vitæ spiritualis, quàm dulcissima ex hac certitudine afflicti Solatia? Quin & Iesuita Ribadaneira in libro quodam Hispanico, quem fontem vitæ & consolationis appellat (indicante Cramero de prædest.) salutis (de qua loquitur) certitudinem, non à perfectione quæ in nobis, sed quæ in Christo est, arcessit. Atque hujus sententiæ authorem laudat Johannem de Avila: Tantum discrepat praxis necessitas, à litigiosa Scholæ theoria. Cum igitur fidei natura hanc certitudinem ingerat, promissiones & Spiritus S. efficax operatio stabiliant, firment sanctorum exempla, exigat orationis præceptum: Cum non tantum Patres, & Scholastici, sed etiam Concilij Tridentini propugnatores, hanc aliquo modo astruant, frigidè & inconstanter obstent Jesuitæ, nec possunt, aut satagunt incommoda, quæ ipsarum gravant partes, amoliri: Concludo, unumquemque fidelem posse & debere esse certum de sua salute, *ὅτι ἐξ ἐδῆ δεικνύται*, quod erat demonstrandum.

15. Videmus quid reponant Adversarii. Quindecim Bellarmini argumen-

1a Aquin. 2.
secundæ q.
18. a. 4.
concl. 3.
Pro Conc.
Trid. l. c. 39.
Loc. 12. c. 2.
In Aq. 1. 2.
q. 112. art. 5.
Coroll. p.
261.

Arg. 7.

De causis
caus. 14.

Can. vit.
spirit. cap. 1.

Moriens se
totaliter mi-
sericordiæ
Dei committat, Pas-
sionemque
Christi inter
se & divi-
num judi-
cium inter-
ponat.

Specul. spiri-
tualium
part. Sta. c. 2.
Ob, ect. 1.

ta ex Scripturis, præter ea quæ congeruntur ex Patribus & ratione desumpta, in paucissima conferam, & diluam. *Primum* sumitur à tribus Solomonis testimoniis, *Quis potest dicere, mundum est cor meum?* Prov. 20. 9. *Nescit homo utrum odio ut amore dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta*, Eccles. 9. 1. *De propitiato peccato noli esse sine metu*, Ecclesiastic. 5. Formalis erit. Qui nil de cordis munditia, merito proprio, vel demerito, peccatorumve remissione certò potest pronunciare, is nec certus esse

Sol:

debet, nec potest, de sua salute. Sed ea fidelium in hac vita conditio: ergo certi esse non possunt. Respondeo, primò generatim, certitudinem hanc non dependere à justitiæ inhærentis puritate, sed à Christi imputata; nec ab exacta resipiscentiæ rigiditate, sed humili sincérité. Speciatim ad primū. *Nec potest dicere, Mundavi cor meum, propriam justitiã*, olet enim hoc Pharisæismum in legis impletione, & merito operum: mundatum tamen potest fidelis cor suum pronunciare, ex speciali gratia divina (inquit Lyra) non absolute, sed secundum humanum modum, ut ex Beda addit Jansenius, ubi teguntur lapsus, si absit ab humiliato hypocrisis. Secundum Ecclesiasticis locum enervat Salmeron, quia non probat (inquit) quod aliqui (sc. Bellarminus, Costerus, Becanus, Valentianus) inde accipiunt, hominem nescire amorem erga se Dei, quia sequitur in textu, *Nescit an amore vel odio dignus sit, at impii propter maxima sua scelera, nõrunt se esse maximè dignos odio*. Quid ergo hinc sibi vult Ecclesiastes? nempe quod Pineda & Sa, Jesuitæ, consultius ad hunc locum annotant, ex prosperis, vel adversis, quæ hinc plerunque sine discrimine, tam bonis quàm malis obveniunt, de statu ipsorum futuro non esse æstimandum. Ratio attextitur in contextu, quia omnia (quoad ista externa) omnibus similiter eveniunt, non (ut habet Vulgaris) omnia in futurum servantur incerta. Tertius locus, sc. Ecclesiasticus, est Apocryphus; quare non tam nos pungit (ut ineptè gloriatur Bellarminus) quàm ipsorum prodit inopiam, qui coguntur hujusmodi merces sub Solomonis titulo protrudere. Rem quod attinet, argumentum contra certitudinem remissionis peccatorum satis firmum hinc deduci negat Jansenius, cum præsumptio peccandi hinc tantum retundatur, propter remissionis facilitatem, non injiciatur scrupulus remissionis veritate, quæ certis fundamentis nititur. Finis enim veniæ non est, ut peccata peccatis accumulemus, sed ut amplius non peccemus (ut cæco sanato præcipit Salvator) ne aliquid deterius nobis contingat, Ioh. 5. 14.

Object. 2.

16. *Secundo* urgent tria hominum perfectissimorum testimonia: Iobi, *Non reprehendit me cor meum*, in omni vita mea; cap. 27. 6. Davidis, *Judica me Domine, quoniam ego in innocentia ingressus sum*, Psal. 26. 1. Pauli, *Nihil mihi sum conscius*, 1. Cor. 4. 4. Isti tamen non audebant certitudinem propriæ gratiæ arrogare. Ergo quis erit qui de propria justitiã non formidet? Resp. Aliud est propriam justitiã intumescere, aliud gratiæ reconciliationis conscientiam erigi. Nec idem est in hac vel illa causa innocentiam asserere, & absolute *ἀναμάρτητον* se in omnibus prædicare. Certitudinem gratiæ, & in Deum fiduciæ inter maximos Satanæ insultus, nunquam deponit Iob, *Si occideret me* (inquit) *Dominus, tamen sperabo in eo*, c. 13. 15. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in carne mea vi tebo Deum, cap. 19. 25. Sic David, *Non moriar, sed vivam*, & narra- bo opera Domini, Psal. 118. 17. Nec aliter Paulus, *Certus sum*, quia neque vita, neque mors, &c. neque creatura alia possit separare nos à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro, Rom. 8. 38. Argumentari igitur ab inhærentis puritatis conscientiam, ad diffidentiam de superveniente Dei misericordia, hoc modo, *Quia ipse mihi diffido*, ergo de Dei promissis in Mediatore non possum certi aliquid mihi polliceri; perinde est ac si quis ex altera parte nugaretur, *Nihil mihi conscius sum in hac*

vel

ceri; perinde est ac si quis ex altera parte nugaretur, Nihil mihi conscius sum in hac vel illa causa, cur homines me iuste reprehenderent, ergo in conspectu Dei sum immunis à peccato; Quod quis non videt quàm utrinque sit absurdum?

17. *Tertium* cuditur argumentum ex istis locis, quibus ex parte nostra variæ Object. 3. requiruntur conditiones ad firmitatem hujus certitudinis, quas incertum est an impleamus. *Invenies Dominum, si in toto corde quaesieris eum, Deut. 4. Si conversi fuerint ad te toto corde suo, tu exaudies, & dimittes, 2. Paral. 6. Si impius poenitentiam egerit ab omnibus peccatis suis, vitâ vivet, Ezech. 18. Vos amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis, Joh. 13.* Similia occurrunt ubivis. At nemo certus esse possit se conditiones istas observasse; ergo non potest esse certus de sua salute. Hæc demonstratio est sol. Bellarmino planè Theologica, sed facillimè eliditur. Certi enim esse possumus de conditionum impletionem, vera, seria, & sincera, absque hypocrisi; utcunque non de perfecta, & omnibus numeris absoluta. Sic Eunuchus proponenti Apostolo, *Credis ex toto corde?* Respondet, *Credo Jesum Christum esse Filium illam Dei.* Intellexit igitur quod credidit, & observavit conditionem quam intellexit. Quia enim *fidelis est Deus qui promissis* (inquit Ambrosius) *subvenit ut impleat quod promissis,* in Object. 4. *1. Cor. 10. Quartum* argumentum urgent ex iis testimoniis quæ incertam relinquunt peccatorum remissionem, post peractam poenitentiam, ut *Forſan ignoscat Deus, Dan. 4. 24. Quis scit an convertatur? Joel. 2. 14.* In formâ sic: Quod incertum est ob nostram indispositionem, de eo non possumus, aut debemus esse securi, tanquam certi: Sed remissio peccatorum est incerta respectu nostræ indispositionis, ergo non debemus de ea esse securi. Respondeo primò in genere. Certitudo nostra non consistit sol. in dispositionis affectu, sed Divinæ promissionis infallibili effectu. Trepidant Discipuli ne mergerentur sæviente tempestate: securi tamen restant excitato & oburgante ventos Servatore, *Matth. 8.* Speciatim: Particula dubitationis, non invenitur apud Danielem Hebraicè, & addita, non ponit *venia causam sed modum conversionis,* ut rectè Calvinus. In summa: Ubi alias hujusmodi occurrunt, non tam dubitanzium sunt, quàm res bono eventui committentium, easque temporales potius quàm spirituales. *Quintò* adjiciunt contextus, qui confidentiam hanc, de qua loquimur, Object. 5. disertè concuriunt. *Beatus homo qui semper est pavidus, Prov. 28. Cum metu & tremore salutem vestram operamini, Phil. 2. 12. In timore incolatus vestri tempore conversamini, 1. Petr. 1. 17.* & similibus. Ergo de fine certi esse non possumus, cum timendum sit semper de mediis. Resp. Ista inculcare sollicitudinem de mediis, per quæ ad sol. finem pervenitur, non de fine hæsitantiam, quæ Dei nititur adjutorio. Icti ab ignitis serpentibus, non invenerunt aliquid in se quod juvaret, *Num. 21.* Sed in exaltati serpentis aspectu, quis unquam confusus abiit? *Joh. 3.* Languescat enim sive deficiat fides tribus modis (monente Trialogilib. 3. cap. 22. suo loquendi more *Wiclevo*) ex infirmitate in teneris & tentatis: ex porositate in iis qui in multis credendis tanquam foraminibus fide vacuis fatiscunt: ex neglecta aut perversa applicatione, idque vel in animi deliquio, quod accidit Davidi in causa Uriæ, aut præcipitantia: Fiducia tamen hîc non penitus excutitur, sed semen semper manet (ut optimè ostendunt nostri Dordracenses) unde redintegratâ industriâ succrescunt certitudinis fibræ: nec convellitur fundamentum cui mens ad se rediens firmius superstruat. Formido enim quæ invaserat, non opponitur fiduciæ in Christi promissis; sed præsumptioni carnali de integritate propria. Formido igitur talis & fiducia cum diversa respiciant, unum idemque subjectum, simul, & deinceps afficiunt, præsertim tale, in quo carnis & spi-

Poteſt eſſe
deſperatio
ſine infide-
litate, ſicut
& alia pec-
cata Morta-
lia. Aq. 2. 2.
q. 20. art. 2.
Object. 6.

Sol.

Object. 7.

Sol.

Vid. Lomb.
3. ſent. 23.
Pareum de
Juſtif. l. 1.
cap. 9.

Object. 8.

Sol.

Object. 9.
Aug. de cor-
rept. & grat.
c. 23. Greg.
Moral. 9.
cap. 17.
Sol.

Object. 10.

Sol.

Object. 11.

Sol.

ritus oppoſita principia, perpetuas inter ſe exercent inimicitias, ut conſtat ad Rom. 7. Nec diſſitetur hanc aſſenſus & dubitationis luſtam, & οὐ ζῶντων, ipſe Valentianus. Loca autem à Bellarmino adducta, nil aliud efficiunt, quàm ambulandum à nobis eſſe ſollicitè, ut ex perſpectis, & non fucatis indiciis, conſtantior nobis emergat in progreſſu conſolatio.

18. *Sextò* argumentantur ex Patrum testimoniis. Decem hęc adducit Bellarminus, lib. 3. de Juſtific. cap. 7. quę quidem & plura recenſet, & ad noſtras trahit partes Martinus Eifengreinius. Sufficit quod antea monui, quo ſenſu Patres de hęc re ſunt intelligendi. Addo tantum in tranſcurſu, vel exagitare illos prout tulerit occaſio, carnalem ſecuritatē, quā ſibi ipſis adblandiuntur ſine certis indiciis torpidi; ſic præcipuè citati à Bellarmino, Chryſoſtomus, Gregorius, Innocentius; vel retum- dere ſuperbiam ſpiritualem, ubi immunitatem à lapſu aut deliquio ſomniant elati, ut Baſilius, Theodoretus, Ambroſius, Hieronymus, Beda; vel inhærenti juſtitia non au- dent acquieſcere, ut Auguſtinus; Nec certitudinem hanc à priori deſcendendo ab occulto Dei decreto derivandam docent, ſed à poſteriori, ad illam aſſurgendum, ut oſtendit Bernardus. Certitudinem autem ex Dei promiſſis in Chriſti merito, nun- quam memorant, ubi non probant & deprædicant. Denique ratiunculę nonnullę adjiciuntur, quas ſtrictim diluamus. Non continetur immediatè in verbo Dei (pri- ma ratio eſt Bellarmini) *tibi* Perre vel Paule *remittuntur peccata tua*, ergo hoc non credendum. Reſp. Neque uſpam legimus, Tu Paule Quinte, vel tu Roberte Bel- larmine, accipias authoritatem ligandi & ſolvendi; ergone irrita erit Papę vel cujuſ- libet Sacerdotis abſolutio? Credideram ego *particularem ex generali*, non Logicè tantum, ſed & Theologicè *deduci*, præfertim, ubi fides quā credimus diſtante Spiritu S. atteſtante conſcientiã, fidei quam credimus indubitata theſin ſubſumendo appli- cat, quod & Adverſarios οὐ μολύψως admittere ſuperius monui. *Secundò*, articulus de particulari remiſſione peccatorum in nullo Symbolo vel Canone Eccleſiaſtico repe- ritur. Reſp. Excidit ut videtur Pontificiis, iſte articulus, *Credo remiſſionem peccato- rum*: quem ſi particulatim non nôrint applicare, quid credunt quod Dæmones etiam non profiteantur? *Tertiò*, Non expedit (inquiunt) ut homines habeant ordinariè, hanc certitudinem de propria gratia: cur? ne inde ſecuritas (ut junctim monent Au- guſtinus & Gregorius) ſuperbiam Phariſaicam generet. Reſp. Nec expedit eadem ratione, ut Jeſuitę Scripturas legerent, ne inde Hæretici evaderent. Abuſus per ac- cidens, rei non præjudicat per ſe ſalutari. Auguſtinus & Gregorius reprimunt fa- ctum de operibus noſtris, non noſtram fidem in Dei promiſſis. *Quartò*, Certitudo ſalutis privilegium tantum fuit nonnullorum, ſc. S. Antonii, S. Gallę, & S. Franciſci, ſingulari revelatione indultum; ergo non omnibus ordinariè comūnicandum. Reſp. Hoc eſt petere quod in quæſtione eſt, non probare. Pergit Gregorius de Valentia, & gloriatur ſe unicum argumentum inveniſſe, quod totam noſtram de Juſtificatione Doctrinam planè everteret. Audiamus. Dicunt (inquit) Sectarii certitudinem ſi- ve perſuaſionem hanc unicum eſſe medium ad acquirendam Chriſti gratiam: ergo ne- ceſſe eſt ut præeat gratiam; ergo credendum eſt prius te habere gratiam quam ha- beas. Reſp. At quis eſt noſtris tam præpoſterè nugatur? atteximus ſemper hanc cer- titudinem fidei, ut ipſius gratia fructum: & gratia non præmittimus ut acquirendi medium. Remonſtrantes nil urgent ſingulare in hęc controverſiã, quod ex dictis non ſatis reſellatur. Atque ita quaſi eſt vertice Nebo, oſtendi vobis cœleſtem Ca- naan,

naan,

naan, in quam certò nos introducet Verus Josua, si verâ & vivâ fide illi adhæresca-
mus, cui cum Patre & Spiritu Sancto sit omnis laus & gloria in secula seculorum
Amen.

LECTIO VIII.

De

SALUTE ETHNICORUM.

In Vesperijs Comitiorum habita Oxon.

Julij 8. Anno Domini 1623.

Rom. IX. II. 12.

11---*Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent
aut mali, ut secundum electionem propositum Dei mane-
ret, non ex operibus, sed ex vocante.*

12---*Dictum est ei, Quia maior serviet minori.*

Propositum Dei ejusque firmitatem, & quoad rem, in sanctorum perseveran-
tia, & quoad nos, in salutis certitudine, ex versu 11. deduximus, & pro men-
sura nobis concessa, juxta sacra Dei oracula in superioribus (ut meminisse
potestis P. & F.) explicavimus, & ab oppugnantium argutiis vindicavimus.
Animus erat hîc baculum fixisse, & ad alium textum Sermonem transtulisse. Sed su-
perest vers. 12. qui ab omnibus cum superiori proponitur, sed à paucis exquisitiùs
exponitur. Ubi enim dictum est (*Major serviet Minori*) hoc est, ut sequitur, Esavus
Jacobò, dilecto, odio habitus: quæri potest non immeritò, quâ in re potissimùm
consistat istius servitus? Hîc autem duplex occurrit interpretatio, *historica, & mysti-
ca*: Historica etiam est bipartita, literalis, vel figurata. Ad literam Esavus non servi-
vit Jacobò, ad cujus pedes trepidus se advolvit Jacobus, suppliciter offensum depre-
catur, & vitam obtinet precariò, Genes. 33. Subacti postea à Davide, Idumæi quidem
servierunt tandem Jsrælitis, 2. Sam. 8. sed tempore Regis Joram jugum facilè ex-
cusserunt, 2. Reg. 8. Non igitur de persona Esavi, vel de ipsius posteris, ad literam in-
telligendus est textus. At figuratâ, *Major, minori minore vadit & inferior*, triplici
titulo, *primò* primogenituræ, quæ fuit typus gratiæ & adoptionis, quam major vendi-
dit, minor retinuit. *Secundo*, hereditatis terræ sanctæ, quam cœlestis patriæ arrha-
bonem, major sponte reliquit, minor rediit ab exilio, & possedit. *Tertiò* prærogativæ
fœderis & Ecclesiæ, extra quam nulla est salus. Scitote enim (inquit Apostolus)
*quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem Esau, reprobatus est; Non enim inve-
nit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eum*, Heb. 12. v. 17. Mystica
interpretatio assurgit altiùs, & ex convenientia typi & Antitypi (id quod ingenuè
largitur Arminius) electorum & reproborum distinguit conditionem. Nam servi-

ורב יעבר
צעיר
Gen. 25, 23.